



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

3 An in casibus, in quibus obligaris eleemosynam facere, tenearis ex
iustitia, an solùm ex charitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

no statui presentia necessaria non sunt, & ex alia parte non sunt in graui quantitate, non pateris aliquid graue damnum. Ergo obligatus es ea expendere.

14. Dices, nullus teneretur se impotentem reddere ad alioiorem statum acquirendum ob subleuandum grauem proximi necessitatem, quia nullus teneretur cum graui iactura propria alieno malo succurrere. At est grauis iactura amissio alioiorem status. Ergo si bona expendenda sunt tibi necessaria ad alioiorem statum acquirendum, non poteris teneri illa expendere, quamuis ad presentem statum conseruandum non sint tibi necessaria. Fateor hoc argumentum non parum vigere, ac proinde videri excusatos a graui culpa non succurrentes proximorum necessitatibus ex bonis, quae putantur tibi necessaria ad alioiorem statum acquirendum, quando habent ius ad conquirendum illum alioiorem statum per illa bona: quod notanter dico propter bona titulo Ecclesiastici beneficii comparata, quae non videntur concessa, vt medijs illis pares viam ad alioiorem statum, sed ad presentem conseruandum, vt dicemus. At quia hinc sequitur ratio diuites obligatos esse ad elemosynam faciendam, si solum ex superfluo status presentis, & futuri teneantur, vt dicit Vasquez de elemosyna, cap. 1. dub. 3. num. 27. Et quia vt ipse dicit cap. 4. num. 14. vix in saecularibus etiam Regibus superfluum inuenitur, cum nullus ferat, qui in alioiorem gradum sibi, & domesticis procurare non possit, vel cuius opes ad fundationem alicuius collegij, vel monasterij non sint destinatae. Ideo censo ad obligationem elemosynae faciendam in graui necessitate non esse attendendum statum futurum, quem procurare potes, sed presentem, quem habes, cui presentis si illa bona tibi superflua, ita vt absque illis sine speciali detrimento tui presentis status conseruari possit tenearis elemosynam facere. sic Coninch. disp. 27. dub. 8. num. 130. cum Bannes 2. 2. quest. 32. art. 6. dub. 2. Torres disputat. 82. dub. 4. Lorca disputat. 39. num. 35. Suarez disputat. 7. de charitate, sect. 3. n. 11.

15. Secundo dico in communi necessitate pauperum te obligatum esse elemosynam facere aliquoties ex bonis, quae tibi necessaria non sunt ad presentem, & futurum presentium statum acquirendum, & conseruandum, esto sint necessaria, vt commo- dius illos status sustinere possis. sic Valenz. 2. 2. disp. 27. dub. 8. num. 131. Suarez disputat. 7. sect. 3. num. 7. Bonacina disp. 3. quae- stio 4. punct. 6. versic. tertia sententia, numero. 8. & alij apud ipsos.

Ratio est, quia diues habens sic superflua, & elemosynam omittens longo tempore pluribus egenis expositulanti- bus reipub- lice graue detrimentum inferit, cum totum onus alendi paupe- res in ipsam transferat, neque illi subsidium praestet, cum possit. Neque obicit omissionem cuiuslibet elemosynae non esse peccatum mortale, imo nec veniale, quando voluntatem habes alii succurrendi, & de facto alii succurris: secus vero, si illa voluntate cares, & nemini intendis succurrere, quia in priori casu iam aliquo modo leuis onus reipublicae, & cique subsidium praestas. At in secundo reipublicam grauas, & te inhumanum, & durum ostendis, & alii imperatis exemplum praebes.

16. Argumentis, quae in confirmationem praedictarum sententiarum adduximus, facile responderet, quatenus nobis ad- uerba sunt.

Ad primum primae sententiae respondeo te non esse obligatum propter necessitatem graui succurrere, quia es dominus tuorum bono- rum fortunae, & honoris: at esse obligatum alienae, quia alienis cedere non potes sicut propriis. Vnde sicut in bonis corporis, quia illorum dominium non habes; teneris tibi succurrere, si graui necessitate vexeris, ita debes proximo in bonis fortunae, quo- rum dominium non habes; quae omnia confirmantur exemplo creditoris, & debitoris, creditor enim remittere debitum potest, at tu si debitor es, teneris soluere, sic patiens grauem in bonis for- tunae necessitatem potest ob rectum finem sustinere: at tu non potes remedium subtrahere, dum de illius voluntate tibi non constat.

Ad secundum dico graues necessitates non ita passim occurre- re, vt te impediunt ab illis operibus bonis: at si de facto occu- rant, non poteris ad fundandas Ecclesias, vel collegia diuitias oblatuere, vt relato Azor. docet Bonacina disputat. 3. quest. 2. de cha- ritate punct. 6. num. 9. versic. secundo; bene tamen quae necessaria sunt ad filios, & domesticos in statu conseruandos, quia haec pertinet ad proprium statum conseruandum.

Ad tertium satis constat, ex quibus bonis succurrere debeas graui necessitati, scilicet ex iis, quae tibi, tuorumque statui sim- pliciter necessaria non sunt; sed quaeque illis possis sine graui de- trimento conseruari. Argumenta autem secundae & tertiae senten- tiae ex probationibus nostrarum conclusionum sufficienter expli- cantur.

17. Adnetto elemosynam versari in propellenda proximi aduersitate, & subleuanda eius necessitate, quia est actus miseri- cordiae, & compassionis. Quapropter necessarium est, vt necessitas presentis sit, non praeterita. Ex quo fit, si proximus infirmetur, tene- re curare illum, si alius non sit, qui illius curam gerat. Et idem est si indiget tuo patrocinio ad famam, vel diuitias tibi iniuste ablatas recuperandas, quia vere nunquam illas amittit. Secus vero est, si casu vel iniuste famam, & diuitias amittit, non teneris, et sic facit possis procurare, vt recuperet; quia illa recuperatio est

lucris acquisitio, elemosyna autem non ordinatur ad lucrum pro- ximo acquirendum, sed ad damnum pendens impediendum, sic optime Vasquez in opuscul. de elemosyna, c. 1. dub. 3. n. 27. 28. Et 35. Bonacina disputat. 3. q. 4. de charit. punct. 6. n. 9.

PUNCTUM III.

An in casibus, in quibus obligaris elemosynam facere, tenearis ex iustitia, an solum ex charitate.

- 1. Qui, & quibus probent te ex iustitia obligatum esse.
2. Affirmandum est te solum obligari ex charitate.
3. Satisfit argum. num. 1. adductis.

1. Non desunt Doctores, qui hanc obligationem ex iustitia adstruant, sic Caetan. 2. 2. quest. 18. Aragon. quasi 32. art. 5. Turrecem. c. si fuerit ueris, 86. distinct. Sarmiento lib. 1. de Eccle- siasticis redditibus p. 3. c. 4. n. 3. Et segg. & fauer Augustinus Psalm. 147. explicans illud, confortauit seras portarum tuarum, ubi in- quit: Superflua diuiti necessaria sunt pauperi, aliena retinet, qui ista tenet. Item Ambrosius sermone 18. sub finem, & Basilius in il- lud Lucae 12. Deserviam horrea mea, & alij Patres vocant retinen- tes bona in his occasionibus esse raptos, & aliena retinere, & D. Thomas 2. 2. quest. 118. artic. 4. ad secundum, vocat hoc debitum legale, quod distinguit contra debitum morale, ac proinde esse ex iustitia. Probatur autem haec sententia primo, quia ex iure naturae omnia erant communia ante diuisionem, iusque gentium diuisionem introduxit, sed non est credendum diuisionem intro- duxisse cum violatione charitatis. Ergo cum charitas obligat re- linquere egeni bona necessaria, iam illa bona cessant esse illius, cui iure gentium fuerunt applicata. Ergo manent communia, ac proinde illius, qui illis eget. Secundo laborans extrema necessita- te, imo & graui potest absque iniustitia, & peccato surripere bona tibi necessaria, neque tu impedire potes. Ergo signum est illius esse, ac si a nullo possiderentur. Tertio iudex cogere potest sic habentem superflua, vt egeni succurrat, ab illoque bona tan- quam iniuste detenta auferre. Ergo ipse ante talem coactionem tenetur.

2. Nihilominus cum communi sententia affir- mo te solum ex charitate, & non ex iustitia obligatum esse elemosynam facere, sic Ioan. Med. C. de restit. quest. 3. causa 1. Nauarr. cap. 24. num. 7. Et 8. Et tract. de restitutione quest. 1. num. 16. Et in cap. intra verba, num. 714. Et in apolo. contra Sarmient. quest. 2. mon. 2. Torres 2. 2. disp. 82. dub. 3. Lorca sect. 6. disp. 39. num. 45. Vasq. in opuscul. de ele- mosyna, cap. 1. dub. 5. sub. num. 17. Coninch. disputat. 27. dub. 7. n. 104. Reginald. p. 1. lib. 4. cap. 10. sect. 4. num. 264. Saar. disp. 7. sect. ult. de charit. Bonac. disputat. 3. q. 4. de charit. p. 6. num. 29. & alij. Ratio ea est, quia proximis duplici tantum genere bonorum indigere potest ad propellendam necessitatem, scilicet tuis actionibus personali- bus, vel bonis fortunae a te iam possessis: nullum autem ex iis bonis teneris ex iustitia in eius obsequium impedire, sed solum ex charitate. Ergo. Et quidem de actionibus personalibus viderit res manifesta. Non enim ob necessitatem alterius amittis liber- tatem tibi a natura donatam, neque seruis indigentis efficitis, sed aequo liber manes, & aequo dominium retines tuarum actio- num. ac si nullus eis indigeret. Ergo non peccas contra iustitiam eas actiones denegando. De bonis autem a te iam possessis sic pro- bo, quia licet iure naturae illa bona ante possessionem nullius es- sent, ideoque dicuntur communia: at semel a te accepta, & colle- cta tua sunt. Neque ob indigentiam alterius desunt esse tua, quod a fortiori militat in pecuniis, vestibus, & cibis, quae tua, vel tuorum industria, & labore comparata sunt, ac proinde sunt fru- ctus magna ex parte personales, quorum dominio priuari non po- tes ob vilius indigentiam.

3. Neque contra hanc doctrinam procedunt Augustinus, Am- brosius, & Basilius, alijque Patres affirmantes rapinam committe- re, qui negat pauperi debita, quia per quandam exaggerationem loquuntur vocantes rapinam, & furtum, quod est ex charitate de- bitum. D. autem Thom. dixit esse debitum legale, hoc est, a lege charitatis introductum, non autem iustitiae commutatae. Esto e contra omne debitum iustitiae commutatae sit debitum legale. Neque obstat debitum legale distinguere, contra debitum mora- le, quia morale debitum, vocat debitum ex quadam decentia, & honestate; Debitum autem legale est debitum strictum, quia est debitum ex rigorosa lege.

Ad primum contrarium concedo ius gentium seu naturale non introduxisse diuisionem rerum cum violatione charitatis; non ta- men inde fit reliquiae res extra dominium possidentis, sed solum obligasse possidentem, vt eas ex charitate egenis impertiretur. Di- cuntur autem fieri communes in necessitate, quia charitas, quae non querit quae sua sunt, eas communes facit, ratione cuius egenus potest eis vti absque vlla domini iniustitia, quia ipse dominus in tali vtu teneretur ex charitate consentire, quod si de facto repug- neret, obitare non potest, quo minus egenus iure sibi a charitate con- cesso vtiatur, quia est repugnancia contra charitatem, ac proinde nullius

nulius momenti. Ex quo patet.

Ad secundum argumentum sic accipientem in extrema necessitate res sibi necessarias non peccare contra iustitiam, quia tunc debet eas illi ex charitate concedere, neque sic accipientem impedire potes, quia ea conditione ab auctore natura donata sunt, ut ex charitate impertiri indigenti tenearis.

Ad tertium concedo a iudice cogi posse diuitem superflua habentem, ut egenis succurrat, sicuti potest cogebrius, ne se inebriet, vel fornicans ne fornicetur, quia iudici comperit leges omnes facere obseruari.

PUNCTUM IV.

Utrum satisfacias obligationi elemosynae, si tua, qua proximus indiget, mutues, vel dilata solutione vendas, vel dones sub conditione, ut reddat acceptum, si ad pinguiorem fortunam uenerit.

- 1 Si proximus indiget non re, sed usu, sufficit, si usum dones, tamen non rem.
- 2 Si proximus indigens habet alibi bona, satisfacias mutuando vel vendendo.
- 3 In quo sita sit controversia.
- 4 Qui affirmant, et quibus probent se satisfacere mutuando uerbo, egent.
- 5 Probabilius est se obligatum esse donare extremis indigentibus.
- 6 Idem est dicendum de patiente grauior necessitate, tamen si aliquid contrarium sentiant.
- 7 Cum obligatus mutuo, non potes lucrum cessans deducere in pactum.
- 8 Omittens dare elemosynam, cum ex charitate tenetur, non tenetur ad damnum.

Hac in re primum certum est, si proximus non re, sed usu illius indigeat, te non esse obligatum rem donare, sed solum usum. Explico indiget proximus equo, veste, aut alia re, qua transacta necessitate perseuerat, non teneris ei vestem, aut equum donare, sed sufficit, si dones illius usum, quia solus usus est illi necessarius: charitas enim solum obligat, ut proximi necessitati succurras, non autem, ut proximum dices, sic Valent. 2. 2. disp. 3. qu. 9. p. 4. uerf. septimo certissimum est, iuncto uerf. ac per hoc patet responso. Suarez disp. 7. de charit. scilicet. 5. num. 4. Valq. opus. de elemosyna. cap. 1. dub. 6. num. 51. Coninch. disp. 27. dub. 9. nu. 147. Bonac. disp. 3. qu. 4. de charit. p. 6. num. 16.

2. Secundo certum est, si proximus tua re, usque illius indigeat hic, & nunc, habeatque alibi bona, quibus satisfacere possit, vel spem proximam habendi ex successione, vel labore proprio, & industria a suo statu non aliena, satisfacias obligationi elemosynae, mutuando, vel commodando, vel vendendo. sic Valent. uerf. septimo certissimum. Coninch. num. 149. Suarez num. 3. Bonac. num. 15. Valq. num. 53. Ratio est, quia hic non est absolutum pauper, cum non simpliciter indigeat, indiget enim tantum pro determinato aliquo loco, & tempore. Ergo non teneris illi absolute donare. Item habens alibi plura bona diues est absolute, non igitur respectu illius obligare potest elemosynam gratuite acceptum. Quod si tibi non habeat bona, habeat tamen spem habendi, cum illa spes pretio sit aestimabilis, absolute dici potest de praesenti bona habere, quibus imponi possit obligatio satisfaciendi. Item si proximi necessitati subuenire potes te seruando indigentem, qua ratio esse potest, quominus facere non possis? Quae omnia confirmantur, Genes. 27. exemplo Iacob, qui estuienti fratri cibum vendidit, & exemplo Ioseph. Genes. 41. & 42. qui ab Aegyptiis fame laborantibus pro frumento tradito terras accepit, & exemplo Tobiae, qui Gabelo sub chirographo mutuum dedit, quia ij omnes non erant absolute, & simpliciter pauperes, cum bona aliunde haberent.

3. Controversia ergo est, an proximo existentem in extrema necessitate, quique neque habeat aliunde bona, quibus sibi adieci reddere possit, neque spem habendi illa abique notabili difficultate, tenearis gratis dare, vel satisfacias mutuando?

4. Affirmant plures te satisfacere mutuando, neque teneri gratis dare. Sic Nauarr. cap. 17. num. 61. & cap. 24. num. 5. Couarruias regul. peccatum. 2. part. 5. n. 4. Tolel. lib. 5. cap. 24. sequuti Adrian. quolibet. 1. artic. 2. circa medium, & in 4. in mat. de restitut. qu. 1. 33. Moutenr, quia solum teneris necessitati proximi subuenire, & haec subuenitur aequum mutuo, ac donatione. Ergo potes quo d malueris eligere. Item facta mutatione tollitur necessitas proximi: sublata autem necessitate non obligat elemosyna. Ergo. Hanc tamen sententiam approbant grauissimi Doctores sub quadam limitatione, scilicet ut mutuum non sit absolutum, sed conditionatum, scilicet si proximus ad lautiorum fortunam uenerit. Sic Valquez in opuscul. de elemosyna. cap. 1. dub. 6. num. 54. Lellius lib. 2. de iustit. cap. 16. dub. 1. num. 11. Et mouetur

quia hac via satisfacias praecipue elemosynae, cum gratis dones, quae proximo necessariae sunt: cui donationi non obstat grauiorem fortunam. Quod uero mutuum absolutum esse non possit, probant, quia si absolute mutuares, obligares egenum transacta necessitate, ut pro uiribus conaretur satisfacere obligationi contractae, ipsaque a religione, statique perfectionis, assumendo impedires, si manens in saeculo postea acceptum reddere. At executio uisus praecipue non debet alterius executionem impedire. Ergo executio praecipue elemosynae non debet obligare accipientem absolute, ut reddat acceptum. Ex obligatione autem sub conditione non impeditur ab statu perfectionis. Ergo bene potest elemosyna tibi sub hac obligatione conditionata, & non absoluta.

5. Dicendum ergo existimo probabilius esse, te non posse sub obligatione absoluta, aut conditionata ei, qui extreme indiget, & uere pauper est, succurrere sic pluribus relatis docet Valent. 2. 2. disp. 3. qu. 9. punct. 4. uerf. septimo certissimum est. Torres disp. 82. dub. 6. & 7. Egidius Coninch. disp. 27. dub. 9. nu. 151. Bonacina disp. 3. qu. 4. punct. 6. num. 15. Reginaldus lib. 4. cap. 10. num. 260. Suarez disp. 7. scilicet. 5. num. 2. Ratio praecipua est, quia Scripturatur, & Patres nomine elemosynae praecipue intelligunt donationem absolutam sine ullo onere, & obligatione retributionis, ut colligitur ex parabola incidentis in latrones, Lucae 10. cui nulla fuit imposta obligatio reddendi acceptum. & ex modo loquendi Patrum, qui dicunt diuites superflua dispensantes, non bona propria, sed pauperum dispensare. Si autem pauperibus imponi possit obligatio reddendi acceptum citiam sub conditione, non bona ipsorum, sed potius diuitum dispensantur. Ut ergo hanc obligationem excluderent, uidentur uisuisse illo modo loquendi. Secundo, uel accipiens elemosynam spem habet absolute imponi non potest: tum quia esset contra charitatem talis impositio, cum ex charitate teneris proximum ad grauior necessitate, seu difficultate liberare, si facile possis: tum quia esset iniustus talis obligatio quam ipse subire non tenetur ob opus ex charitate sibi debitum. Imponere autem obligationem sub conditione, expectando praecipue casum fortunatum, si forte, inquam proximus ad lautiorum fortunam uenerit praeterquam quod adest iustissimi est, tollit liberalitatem, quam Patres in elemosyna facienda recognoscunt. Adde, illud onus, & obligatio etiam sub illa conditione imposita pretio est aestimabilis. Ergo tribuens elemosynam sub hoc onere non gratis tribuit. Ergo praecipue elemosynae nunquam obligabit ad gratuitam, & liberalem donationem: nam si in aliquo casu obligare possit, maxime cum proximus eger extremis, & re, & spe pauper est. Dicere autem hoc praecipue nunquam obligare ad liberalem, & absolutam donationem nec pium est, nec praecipue probabile, affirmat Suarez supra. Ergo. Neque obstant in contrarium adducta.

Ad primum nego te solum teneri subuenire necessitati proximi, sed debes eam debito modo iuxta regulas charitatis subuenire.

Ad secundum concedo facta mutatione tolli necessitatem, sed nego mutationem ualere, quia contra charitatem est, quod non solum procedit in mutatione absoluta, sed etiam in conditionata, ut ex probatione nostrae sententiae liquet.

6. Sed inquires, an idem dicendum sit de elemosyna facienda patienti grauem necessitatem, uel communi? Negat tam de communi, quam de graui necessitate Lorce 2. 2. scilicet. 3. disp. 39. num. 53. Monetur, quia iis non debetur sustentatio aequae ac patientibus necessitatem extremam. Ergo quomodocumque eis subueniatur, siue gratis, siue ex mutuo sit satis hinc obligatio. At credo idem praecipue dicendum esse in utraque necessitate, cum obligatus es subuenire: quia ratio, ob quam asseruimus in necessitate extrema te esse obligatum donatione, & non mutuo proximo succurrere, est, quia erat friuola, & nulla obligatio, cui nulla erat spes satisfaciendi, sed cum pateris grauem, uel communem necessitatem, tanquam uere pauper cares ipse satisfaciendi acceptum in remedium illius. Ergo si obligatus es in extrema necessitate per donationem succurrere, etiam in iis es obligatus. Adde, elemosynae, quae pro iis necessitatibus praecipue communibus subleuandis impertuntur, ita leues sunt, & modicae, ut ridiculum uideatur uelle accipientem ad restituendum obligare, cum nulla sit spes fore, ut possint sine notabili difficultate acceptum restituere. Item ab auctore natura omnia haec temporalia conceduntur ad subleuandas hominum indigentias. Ergo posita indigentia in proximo, ei debent ex charitate donari. Unde enim constat, quod possint mirari si Coninch. disp. 27. dub. 8. n. 151. & 155. Suarez disp. 7. scilicet. 5. n. 7. Valent. 2. 2. disp. 3. qu. 9. punct. 4. uerf. septimo certissimum. Neque obstat fundamentum contrarium. Fateor non aequae deberi sustentationem grauem necessitatem patienti, ac patienti extremam; sed quia utriusque absolute debetur, esto uis strictius quam alteri, ideo affirmo te obligatum esse in utraque necessitate constituto gratis succurrere.

7. Secundo inquires, an in iis casibus, in quibus debet elemosynam mutui facere, possis lucrum cessans deducere in pactum